

## LVI

id est male amaverit de disti summa romana

In eadem dominica Sermo. lvi.

**S**anguis eius su-  
per nos et super filios nostros. Mat. xxvi. Moderna solennitas habet aliquid gaudij. et aliquid meroris admiratum. vnde primo virtutis clericorum parentis et ornamentis diversis. et primo tangunt cantica honoris. secundo adiunguntur cantica meroris. propter quod lecto evangelio ubi de honore domino facto. statim legitur passio ubi habet multiplex christi confusio. Primo autem christo impetus in se ostendit. Primo in discipulorum associatione. Mat. xxvi. cum adduxissent a sinu eum de sedere fecerunt. Secundo in turbe obuiatione. Job. xij. Turba multa que pervenerat ad diem festum etc. Tercio in vestimentorum prostratione. Mat. xxvi. Quarto in ramorum arborum percussione. Mat. xxvi. Alii cedebant ramos de arboribus etc. Quinto in popularum acclamatione. Mat. xxvi. Turba autem que precedebat etc. Sexto vero in solenni hierosolyma ingressione. cum intrasset hierosolyma commota est universa civitas etc. **A** Consequenter illius ignominia in alijs sex appuit. Primo in omnium discipulorum derelictione. Mat. xxvi. Deserto relicto fugerunt et hoc est propter primum. Secundo in crudelissima turbe aggressionem. Mat. xxvi. Tanquam ad latronem etc. et hoc fuit contra secundum. Tercio in propter vestimentorum spoliatione. Mat. xxvi. Postquam crucifixerunt eum etc. et hoc fuit contra tertium. Quarto in ligni affixione. Mat. xxvi. Duxerunt eum ut crucifigerent. et hoc fuit propter quartum. Quinto in improperiorum maledictione. Mat. xxvi. Et proterentes etc. et hoc fuit propter quintum. Sexto in abiecta dei filij in iram translatione. Mat. xxvi. Apprehesum eiecerunt extra vineam et occiderunt. et hoc fuit propter sextum. et propter hoc potuit dici de domino illud. i. Iacob. i. Sum gloria eius multiplicata est ignominia eius. In ver-

bo ergo promisso quod pertinet ad merorem quis fuerit iudeorum credulorum verbum et impetratum si contrario modo a nobis sit scriptum ut non mali sed boni sit petiti. duo maxime attenduntur. nam sanguis christi pro nobis effusus. primo nobis notificat ut nobilis. secundo postulat ut utilis. primo notificat nobilis cum premitit sanguis eius. dic cuius eius. utique sanguis dei altissimi. Si ergo deo nihil nobilius restat ut sanguis eius sit nobilissimus. secundo postulat ut utilis cum inferat super nos etc. supple sit. et sensus verbi est. sanguis domini qui est impetabilis. fiat nobis per redemptionem utilis ut redimat nos et filios nostros a malis.

**S**ed notandum quod hic preciosus sanguis si consideret modus effusionis valde est admirabilis. tum ex parte patris facientis. tum ex parte hominis indigentis. tum ex parte filij sustentis. nam ex parte patris mira valde ostendit fuisse severitas. ex parte prolis stupenda benignitas. sed ex parte hominis fuit magna necessitas. Dico quod ex parte patris quis fuerit summa caritas. videtur tamen fuisse summa severitas. nonne videtur severissima fuisse quod filium in suum filium sanctissimum filium optimum pro malo seruo traderet puniendum. Nulla enim lex mandata. nulla ratio dicitur ut propter servum impium non dico filium sed servum alium innocens puniat. Attendite ergo fratres carissimi et videte quantum ad nos amor fuerit dei patris qui ut nos servos malos redimeret. morti filiam tradidit ut nos ad se reduceret filium exulem fecit. unde dicitur ad Lolo. i. In ipso populo cuius omnem plenitudinem divinitatis inhabitare. et per eum reconciliari omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis eius que in celis sunt et que in terris sunt. erat enim a celesti curia omnis humana nata exclusa et carceribus mancipata. sed relegatus est filius ut revocaretur servus. severitas fratres fuisse videtur. sed caritas summa fuisse. probat si veritas attendat. Quis enim unquam filium exulem fecit ut servum ingratum et malum

l. i.